Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

xlvij

menter eleuati sunt. Ps cant
filius chore sedà salbti.

Magnus dominus et laudabilis nimis in ciuitate dei nostri in monte sanctus eius
fundatur exultatione uniuerse terre mons sion latera aquilonis
ciuitas regis magni. Deus in do
mibus eius cognoscetur cum suscipiet eam. Quoniam ecce reges
congregati sunt et conuenerunt in
unum. Ipsi uidentes sic admira
ti sunt conturbati sunt commoti sunt
tremor apprehendit eos. Ibi dolores
sicut parturientis in spiritu uehementi
conteres naues tharsis. Sicut au
diuimus sic uidimus in ciuitate di nostri
deus fundauit eam in eternum. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio
templi tui. Secundum nomen tuum deus
sic et laus tua in fines terre iustitia ple
na est dextera tua. Letetur mons
sion et exultent filie iudee propter iudi
cia tua domine. Circumdate si
on et complectimini eam. Narrate turri
bus eius. Ponite corda uestra
in uirtute eius et distribuite domos
eius ut enarretis in progenie alta
Quoniam hic est deus deus nr
in eternum et in seculum seculi ipse
reget nos in secula. In fine ps dd
filius chore

xlviij

Audite hec omnes gentes.
auribus percipite qui habitatis
orbem. Quique terrigene et
filii hominum simul in unum diues et
pauper. Os meum loquetur sa
pientiam et meditatio cordis mei
prudentiam. Inclinabo in parabo
lam aurem meam. aperiam in psalterio propositionem meam. Quare ti
mebo in die mala iniquitas calca
nei mei circumdabit me. Qui con
fidunt in uirtute sua et in multitu
dine diuitiarum suarum glorantur.
Frater non redimet redimet ho
et non dabit deo placationem suam
et pretium redemptionis animae
suae laborabit in eternum et uiuet
adhuc in finem. Non uidebit in
teritum cum uiderit sapientes mori
entur simul insipiens et stultus pe
ribunt. Et relinquent alienis di
uitias suas et sepulchra eorum do
mus illorum in eternum. Et habita
cula eorum in progenie et progenie
uocauerunt nomina sua in terris suis. Et
homo cum in honore esset non intel
lexit. compatus est iumentis et sim
ilis factus est illis. Hec via illorum
scandalum ipsis et postea in ore suo
complacebunt. Sicut oues que
in inferno positi sunt mors depasci
et eos. Et deuabuntur iusti eorum
in matutino et auxilium eorum de
crescet in inferno de domo eorum. Ve
rumtamen deus redimet animam
meam de manu inferi cum accepit
me. Ne timueris cum diues fa
ctus fuerit homo et cum multiplica
ta fuerit gloria domus eius. Quoni
am cum mortuus fuerit non sumet secum omni
net descendet cum eo gloria eius.
Quia anima eius in uita ipsius
benedicetur confitebitur tibi cum bene
feceris ei. Introibit usque in pro
genies patrum suorum et usque net

Finit filius chore. ps. xxx.